



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Loci Consolationvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

calamitatibus, quæ non sunt extricabiles humano consilio, sunt testimonia præsentia Dei in Ecclesia, ut precatur Moyses 14. Numerorum: Ne deleas nos, vt sciant AEgypti, quod sis in hoc populo. Et 1. Reg. 17. Ut sciat omnis terra, quod sit Deus in Israël. Et Iesaiæ 37. Libera nos, vt sciant omnia regna terræ, quod in Israël sit Deus.

Hæc doctrina de Caussis, properas Ecclesia cruci subiecta est, semper in conspectu sit, ne offensi ærumnis Ecclesia, existimes, cœtum hunc deformem à Deo negligi. Ex his caussis, patrum impulsu, partim finalibus, sumitur & hæc distinctio de generibus calamitatum. Genera sunt quatuor. I. *ruagia*, vt exiliū Dauidis. II. *Doximaria*, vt carcere Ioseph. III. *μαρτυρια*, vt intercessio Baptiste, Iesaiæ, Ieremias, Pauli & aliorum. IV. *λόγος*, solitus Christi obediencia est.

L O C I C O N S O L A T I O N V M .

Vtilissimum est scire fontes doctrinæ de caussis calamitatum, & de locis consolationū, & conferre humanas & diuinæ consolationes.

PHILOSOPHICI LOCI PRAE-

cipui sunt septem.

- I. Primus, Necesitas, ut, quæ mutari non possunt, minore dolore feruntur, cum cogitatio in mente flebit cor ad moderationes, sicut dicitur: Bonus animus in re mala dimidium est malum. II. Secundus locus est dignitas virtutis. Non est enim iniuste faciendum propter dolorem, vt Cato discedit à iusticia, cum fractus dolore sibi consilice mortem. Cicero discedit à modestia, nimium lamentans propter exilium, cum tranquillis animis tulerint exilia multi præstantes viri, Aristides, Camillus, Metellus, & alij. Et hoc pertinet dicta: Tamen per ipsas lucet ærumnas decus: Item Aristoteles inquit: οὐδε γάρ λαύρος τὸ καλόν. III. Tertius locus est bona conscientia, iuxta dictum: Est aliquid magnis crimen abesse malis. Est enim duplex dolor, Externus cruciatus, & vulnus cordis. IV. Quartus, Exempla. Quia cum similia alijs multis & melioribus accidere cernimus, videtur inæqualitas & superbia esse, nihil velle communium ærumnarum ferre. Κοντρὰς δὲ τούτοις πραγματίδιον. V. Quintus. Spes lati exitus, iuxta illud: Durate & vos in rebus feruate secundis. Sed sèpissime humano iudicio nulla spes cernuntur, vt in morte Socratis, & in plurimis Ethnicorum calamitatibus. VI. Sextus. Caussæ finales, vt, militi facilior est mors profutura patriæ. VII. Septimus. Collatio euentuum, vt, Melius est agrotate, quam accedere ad convivium, & incidere in tumultum. Aeschines ait se lætari, liberatum se ab Attica Republica, tanquam à rabiōsa cane, & ait, se habere officiosum hospitem in exilio. Socrates

C c 4 dicit,

754 PHILOSOPHICI LOCI CONSOLA.
dicit, se eo mortem facilius ferre, quia si anima sit immortalis, op-
re se colloquia sapientium uitorum, Palamedis, Nestoris, & aliorum,
à quibus discat deinceps ea quæ ignoreret, &c. Hoc loci Philo-
sophi cum ex legis doctrina magna ex parte sumpti sint, etiam sine
Theologici. Sed accedunt ex Euangelio alij tres, qui continentur
to efficaciorem consolationem.

SINT I GIT VR LOCI THEO-
LOGICI DECEN.

I. Prinus, Necesitas, id est, mandatum Dei, quod praepice-
flecatamus animos ad obedienciam in tolerandis aduersariis, nec ira-
natur Deo, iuxta dictum: Humiliamini sub potenti manu Dei. Item:
Subdirus esto Deo, & spera in eum, &c. Si omni consolacione
autem sic tantum minutitur dolor, cum obiectum bonum intrinsecum
cum David scit, Deo obedienciam in exilio placere, & penam non
esse signum refectionis, sed commonefactionem de penitentia. His
bona uoluntate Dei considerata fert penas minore dolore. Sic Iudeus
conuersus ad Deum leuius fert penam, scit ordinatione diuinæ obedi-
endū esse, & hanc mortem non esse signum refectionis. II.
Secundus, Dignitas uirtutis, id est, Saul non recte facit, quod filii
mortem consicavit propter infelicem pugnam. III. Tertius, Bo-
na conscientia, ut Laurentio sit leuis cruciatus propter optimum
conscientiam. IV. Quia uero saepissime mala conscientia
doloris auget, ostenditur in Euangelio quartus locus, prorsus igno-
ratus Philosophiæ, scilicet: Remissio peccatorum. David no[n] transpi-
tur ingentibus calamitatibus, etiam si habet tristissima vulnera con-
scientiæ, sed iam tenet remedia, scit dictum esse: Dominus absuit
peccatum tuum. Haec consolatio propria est Ecclesiæ prolatæ fini
æterni Patri in uoce Euangeliæ, & nequaquam Philosophiæ nota est.

V. Quintus locus, qui etiam Euangelicus est, uidelicet, Agnus
præsentiæ Dei in ærumnis accepta remissione, ut dicitur: Deus habi-
cat in afflictis. Leuat ergo dolor, cum scimus nos à Deo uiuari, &
spem habemus mitigationis in hac uita. VI. Sextus locus, qui
etiam Euangelicus est, uidelicet: Spes ultimæ liberationis & æternæ
salutis, iuxta dictum: Etiam si occidet me, sperabo in eum. Item: Scio
quod redemptor meus uiuit, & rursus circundabor pelle mea, &c.

VII. Septimus, Exempla, quæ & propter legem & propter Euan-
gelium proponenda sunt. LEGALIS: Cum patientior alij pro-
pter peccata, ut Adam, Eua, David, Manasse, & alij plurimi, quorum
penas sunt commonefactiones de iusticia Dei: fateamur nos quoque
iusticia Dei penas debere, iuxta dictum: Tibi Domine iustitia nobis
autem confusio faciei nostræ, sicut & hodie uiro Iuda & Hiero-
lem. Et Elias inquit: Non sum melior patribus meis.

H V A N

EVANGELICVM est, quod oportet nos fieri consimiles filij Dei in cruce & liberatione. Ideo tota Ecclesia cruci subiecta est, & expectat securitatem uitam & lxxiciam eternam, sicut filius liberatus est, iuxta dictum: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum uobis paratum &c. v i i i. Octauus, Causae finales, uidelicet ipse Deus, & confirmatio fidei in alijs creditibus. Ut, mitigatur dolor Laurentio, cum scit, sua constantia latius spargi noticiam Dei, & confirmari fidem in alijs, sicut Paulus inquit, se immolari propter sacrificium & ministerium fidei aliorum, id est, quia seruierit alijs recte docendo, & quia mors eius sit futura testimonium de doctrina. Nam uorientes in confessione fidei ostendunt, se non simulasse professionem soluptratis aut quaestus causa. Ostendunt item, se expectare uenitum iudicium.

i x. Collatio eventuum praecipue in Ecclesia consideranda est, quia ibi ostendit Deus & testimonia iusticie suae, quod irascitur peccatis, & exempla misericordiae, quod poenas tam mitiget, iuxta haec dicta: Non accedit Deus totam iram suam.

I T E M Osez 11. Non faciam furorem ira mea, quia Deus ego sum, non homo, id est, quia natura hominum impossibile est sustinere iram Dei, si sine misericordia punire. Quanquam igitur punit Deus, mitigatione tamen poenas, ne prorsus delectetur Ecclesia. Q VARA semper ad ceteras accedat haec consolatio: Agnoscamus nos iuste puniri, & meritos esse atrociores poenas, leniri tamen iram propter neditorem, & ne tota Ecclesia funditus delectetur. Obediamus igitur in presentibus penit, & peramus & expectemus mitigationem, sicut in Prophetis dicitur. In ira misericordiae recorderis. Item: Bonus est Dominus, & penitentia eum magnitudinis poenarum. x Decimus. Debetrum clari conspectus Dei, & liberationis a toto peccato. Haec consolatio proprie ad mortem pertinet, de qua dicit Paulus: Cupio dissoluti, & esse cum Christo, id est: Sicut iter faciens nocte in densis tenebris, ignarus uia & locorum, maxime expedit diem, & latetur cum iam aurora lucem spargere incipit: ita omnes pij cogitantes in caligine huius uita, qualis sit Deus, & qualis sit distinctio personarum, maxime appetunt clarum conspectum in altera uita. Item: Quia sentiunt, se adhuc circumferre immundiciem in hac uita, qua discipli Deo, latentur cum sciunt in morte has exuicias immundas depo- ni. H A C decem capita consolationis sint in conspectu, quæ sineulla dubitatione pii profundit. Et qui ea diligenter considerabunt, intelligent ex ueris causis sumta esse, uidelicet, ex lege & Euangelio, & amplissimam de singulis doctrinam in scriptis Propheticis & Apologeticis propositam esse. E R I T & haec consideratio grata, uidere quomodo antecellat in hac tanta re doctrina Ecclesiae remedij Philosophicis, que non tollunt peccatum & mortem.

C c s C r r

CERTISSIMUM sit autem, efficaciam harum consolationium experiri conversos ad Dicunt in uera invocatione, item dictum: Inuoca me in die tribulationis, & eripi amte, & glorificabis me. Item: Petite, & accipietis. Item: Facit alienum opus, tunc opus proprium.

DE CHRISTIANA LIBERTATE

QVOT SVNT GRADVS

Christianæ libertatis?

DOCENDI causa gradus distinguimus, & primum de nomine monemus. Cum Ecclesia in hac uita adhuc circumferat peccata, & sit subiecta morti & cruci, & affligatur a Diabolus, tyrannis, & finitimiis hominibus, & in imperijs oppresa sit tristis seruitute, uideret Ecclesia falso & stulte hanc gloriosam appellationem libertatis suae tribuere. Sed in tua est primum consummata libertas, cum post resurrectionem Deus erit omnia in omnibus saluatoris, id est, cum Ecclesia uiuer uita æterna, & fulgebit in ea Deus ipse, communiqueret suam lucem, sapientiam, iustitiam, lætitiam æternam, sine peccato, sine morte, sine ullis calamitatibus. HANC consummationib[us] bartatem intuentes intelligemus utrumque, hoc uocabulo magna & uera bona significari. Sed tamen incoari hanc æterna bona in hac mortal uita oportet. Et de incoatione & consummatione dictum est Ioan. 8. Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis. LIBERAT autem filius Dei duplenter: Merito & efficacia. Hinc sunt quatuor gradus libertatis in hac uita. 1. Primus est gratia, id est, liberatio a lege, & à condemnatione æterna, quod uidelicet certo dano resilio peccatorum, reconciliatio, imputatio iusticia propter medium rem, gratis fide, qua sit uiuificatio & liberatio ab æterna morte. Ad naturam hæreditas uitæ æternae. 2. Secundus gradus est cum proprie coniunctus, uidelicet: Donum per gratiam, id est, filii effigia in creditibus per Euangeliū, & per Spiritum sanctum, quæ efficacia est uiuificatio, id est, consolatio & incoatio uitæ æternae, iuxta hoc dictum: Hac est uita æterna, ut agnoscam te Deum uerum, & quem misisti Iesum esse Christum. 3. Tertius gradus est incoatione, & Deus præsens per filium & Spiritum sanctum intercalatur regit, seruat & defendit Ecclesiam, & mitigat calamitates. Vt: Hec gradu libertatis liberi sunt tres uiri in fornace Babylonica, qui non sunt in medijs flammis, tamen non uruntur. Sic semper Ecclesia m[er]abiliter inter medias flamas seruatur. H[oc] t[em]p[or]e duo gradus comprehenduntur his dictis: Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, id est, reconciliatio, & uera ac æterna bona. Item Roman. 15. Gratia Dei, & donum per gratiam Iesu Christi in malo exire